

**Dissertatio inauguralis medica de tumore oedematoso podagrico ... /
Publico eruditorum examini submittit Georg. Sigism. Liebezeit.**

Contributors

Liebezeit, György Zsigmond, 1690-1739.
Stahl, Georg Ernst, 1660-1734.
Universität Halle-Wittenberg.

Publication/Creation

Halae Magdeburgicae : Typis Christiani Henckelii, [1713]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/zmrmvkb6>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA
DE

TUMORE OEDE- MATOSO PODA- GRICO,

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO WILHELMO,

PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRAN-
DENBURGICO, RELIQUA,

IN ACADEMIA FRIDERICIANA,

GRATIOSISSIMO FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU

PRÆSIDE

DN. GEORGIO ERNESTO STAHL,

CONSIL. AUL. ET ARCHIAT. REG. MED. ET RERUM NATU-

RALIU PROFESSORE PUBL. ORDIN. ACAD. NAT. CUR. COLLEGA LON-

GE DIGNISSIMO, DECANO h. t. SPECTATISSIMO,

DOMINO PATRONO, PRÆCEPTORE AC PROMOTORE SUO

omni Observantia atque Honoris cultu et aatem colendo,

PRO GRADU DOCTORALI,

Summisque in Arte Medica Honoribus, Insignibus ac Privilegiis

More Majorum Solenni obtinendis,

Ad d. Mart. M DCC XIII. horis ante & pomeridianis

IN AUDITORIO MAJORI

Publico Eruditorum Examini submittit,

GEORG. SIGISM. Liebezeit!

SOPRONIENSIS HUNG.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.

DISSERTATIO IN UNGUENTIS MEDICA

TUMORE ORBE

MATOSO PODA-

GRICO.

RECTOR MAGNIFICENTISSIMO.

ON. FRIDERICO WILHELMO.

FRINCIPIS BORUSSIE, MARCHIONIS BRAN-

DENBURG, RELIGIOSI.

IN ACADEMIA FRIDERICIANA.

IN. GREGORIO ERNESTO STAHL,

PROFESSORI PUBLICO, DECANO, ET RECTORI.

DE DISSERTATIONE, DECANO, ET RECTORI.

AVINO ELLERNO, PRÆCEPTORI AC PROMOTORE.

PRO GRADU DOCTORALIS.

IN ACADEMIA FRIDERICIANA.

IN ACADEMIA FRIDERICIANA.

IN ACADEMIA FRIDERICIANA.

IN ACADEMIA FRIDERICIANA.

IN ACADEMIA FRIDERICIANA.

IN ACADEMIA FRIDERICIANA.



PROOEMIUM.



Ti rectè, & planè peritè, monet Philosophus, multa quidem, inquiens, egisse Majores nostros, sed non peregisse; Et planè scitè illi suffragatur Hippocrates, quod illi imprimis rectè agere sibi videantur, qui aliquid

eorum reperire, adinvenire, & enucleare valeant, quæ præstet, & ex usu sit, scire potius, quam nescire; Ita minimè improbari poterit, ab ullò, communis inopiæ peritè gnaro, si vel planè ab Antecessoribus intacta, vel ad minimum, neque loco satis conveniente, neque digna ἀρετῇ à majoribus nostris, sive notata, sive evoluta atque pertractata, magis magisque clariori luci exponantur & ad debitos usus dirigantur; Quis autem, nisi satis imperitus, ignorat, quod multa omninò, quæ ab Hippocrate, ab ipsis etiam Antecessoribus ejus ad ipsum transmissa, ad veram morborum historiam pertinentia, nervosè quidem, sed & breviter, & minimè ita rarò, minus proprio loco, ab ipso memorata, à ple-

risque ejus successoribus , commentariis magis tacta
solum , & verbis potius amplificata , quam ipsa re pe-
nitiùs enucleata , & pro verâ suâ dignitate perfecta sint.
Unde etiam studium illud , in se minimè contemnen-
dum , omnia conquirendi , quæ Hippocrates , ad unam
eandemque rem pertinentia , diversis locis & occasio-
nibus , protulit , minimè tamen adhuc undique satis-
fecit , ad quoslibet hic relictos defectus & difficultates
tollendum. Tantò magis cum Hippocrates in histo-
ria potius tradenda , quam causis perspiciendis , certè
operosior passim , nescias an felicior undique fuerit ;
Galenus autem , tanquam hunc defectum suppleturus ,
alibi quidem in causis reddendis justò prolixior , alibi
verò , nisi mavis communiter , in harum declaratione
generalior , nonnunquam etiam revera alienior fuisse ,
attentâ pensitatione satis luculenter deprehendatur.
Quæ ipsa verò solida causarum evolutio , cum anima
propemodùm sit , justæ scientificè artificiosæ Therapiæ ,
mirum esse non potest , si tota ferè ejus posteritas , ve-
stigiis his pressius inhærens , & propemodùm nihil aliud
agens quam effata ejus , tanquam suffragia absoluta , repe-
tens atq; colligens , nihil amplius affecuta est , quam ut to-
tam rem eo loco , ubi illam invenerat , relinqueret. Quæ
certè res cuilibet , per propriam experientiam atq; obser-
vationem veræ morborum historiæ , sive universim , sive
seorsim , compoti , jus æquum tradere videtur , ut potius
rem ipsam , ut in se est , repræsentare ipsi liceat , quam
necesse sit , ut vel antiquiorum illorum , vel quorumli-
bet tandem propinquiorum , testimonia & suffragia an-
xiè conquirat , & nihil eorum prætermittat , quæ à tali-
bus jam antè in eam rem dicta aut prolata fuerunt.

Quam-

Quamvis enim hoc etiam studium nequaquam impro-
bamus, imò potius laude suâ dignum agnoscamus;
Tamen, cum non cujus libet otium permittat, ut ope-
ræ huic rectè vacet; (imprimis cum etiam ille malus
mos, præsertim inter germanos literatos, valdè inva-
luerit, ut non solum inscitiae, sed vel planè injuriæ,
reum agere non erubescant, siquis huic instituto ma-
num admoveere aggressus, aliquem unum allegare præ-
termittat) consultius propemodùm, quolibet intuitu,
videtur laudatæ illi viæ insistere, & philosophicum illud
antiquum sequi, ubi ipsarum rerum testimonia adsunt,
non opus sit verbis & verbalibus suffragiis. Certè e-
nim, si res ipsa vera sit, quisquis de illâ sive rectè scri-
psit, sive expertus sensit, testis ita erit, licet non cita-
tus aut productus; & subindè etiam minus invidiosum
erit, non monstrâsse paucitate testium, aut allegatio-
ne alienioris tractationis atque mentionis, quasi tacitè
ostendisse, quam parum ad animum adhuc revocatæ
sint res aliquando etiam non exigui momenti. Non
frustrà verò præmittimus excusationem hanc, præsentì
nostro instituto; cum certè ingenuè fateamur, non es-
se nobis cognitum, à quo res, quàm nobis sumimus
memorandam, satis exquisitè, pro dignitate suâ, no-
tata jamdum atque ostensa sit. Quod ipsum tamen, si
factum etiam esset, nihil prohibet, quò minùs nos quo-
que, eandem rem, imprimis SPECIMINIS INAUGU-
RALIS loco atque themate, nobis sumendi, æquum
jus habeamus. Est autem subjectum, in quo nostra
Dissertatio occupabitur, TUMOR OEDEMATO-
SUS PODAGRICUS, ejusque diversitas, à simplicio-
ribus, aut magis directis, ejusmodi tumoribus hydro-
picis.

Cui nostro cœpto ut Divina benedictio clementissimè adspiret est quod humillimis precibus ab illâ exoramus.

§. I.



EDEMA, sicut imprimis ab ipso *Hippocrate*, tum etiam plerisque *Græcis*, ita *univoce* adhibetur notationi *tumorum* propemodum quorumlibet, ut sola ferè experientia *restrictionem* ejus, ad certam tumorum *speciem*, Latinis imprimis suasisse videatur; sicuti germanis nostris distinctio usu recepta est, ipsis etiam antiquioribus non insolita: *der hixigen und kalten Geschwulst*; Ita satis esse potest, uno verbo indicasse, quod præsentem quoque loco, aliquanto pressius sequamur usu receptam hanc acceptionem, ut de *strictius* dicto *œdematoso* tumore & inflatione, præter ea, quæ paulò post adjicienda veniunt, loqui, intelligi velimus.

§. II.

Illud autem propius ad rem nostram pertinet, quod pro omni *homonymia* tempestivè præoccupanda, *strictiore* sensu dictum *œdema*, inter reliqua indolis suæ testimonia, etiam *sensus* cujusvis *exquisitioris absentiam*, comprehendat. Quæ vero circumstantia, cum in *podagricis* tumoribus, non solum non semper observetur; sed & potius, longe frequentius, contrario modo sese exerat: facit propterea hæc diversitas, jam velut ab ipso limine, præjudicium aliquod, nempe differentiam *podagricorum* tumorum, à *simplicioribus*, strictioris acceptionis *œdematibus*.

§. III.

Præterea, cum *strictè* dictum *œdema*, longè communius & familiarius, totum aliquem tractum corporis *σύνολον* occupare soleat, imprimis *utrumque pedem*; Abit ab hoc in diversum etiam *podagricus* tumor, in eo, quod, licet

licet non valdè rarò etiam *utrumque pedem* occupet, fatis tamen sæpè *alterutri* solum incumbat, aut ad minimum *unius*, quam alteri.

§. IV.

Porro, cum *simplex* œdema strictioris acceptionis, *pallidum* potius, quam *coloratum* sese sistat; Evenit subinde hic etiam diversum in *podagrico* tumore, utpote qui, licet non absolute, tamen fatis frequenter, plus minus *ruboris* conjunctum habet.

§. V.

Denique vero, subest etiam illa inter *simplicem* œdematosum, & *podagricum* talem, tumorem, differentia, quod prior longè *perstinacius* atque durabilius obsidere soleat membra, quæ semel occupavit; aut certè, si v. g. per noctes velut evanescat, per diem tamen revertatur, idque constanter ita prosequatur; *Podagricus* tamen, imprimis *sibi relictus*, & nulla incommodiore tractatione interpellatus, magis per modum *paroxysmorum* quorundam, vel lenius iterum dissolvatur, & alio tempore denuo confurgat; vel ad minimum, per tales tanquam paroxysmos, alio tempore *auctior* revertatur, & iterum a sensibili illo augmento aliquid *remittat*. Cui adhuc etiam illud addi potest, quod familiarius, quando ita exacerbatus est, per aliquod tempus *constantius* illum gradum fervet; neque tam facilè, ut *simplicius*, imprimis *recentius* adhuc œdema per noctes eximiè subsideat, & per dies solum increbescat.

§. VI.

Ex his, æquivocationis præoccupandæ gratia ita præmissis, adjecta adhuc una vel altera circumstantia, tam *podagram* in genere, quam hos, qui huic *tumescenti*, podagræ specialius expositi vivunt, concernente, proclive erit, quasi spicilegio instituto, in unum colligere descriptionem *tumoris œdematoso-podagræ*; quod sit *tumor œdema referens*, eveniens subjectis, sive jam aliunde *podagræ*
ini-

inītia expertis, sive ad minimum cum notabili *sensu* in parte affecta connexus; Sæpè *unum* tantum pedem aut crus, aut certè *unum præ altero*, aliquando tamen etiam utrumque, occupans; Et quantò magis jam assuescit aut inolefcit, etiam *pertinacius* durans, imo tandem perennitatem servans; Propter prægnantes tamen rationes, imprimis *Therapeuticas* vulgò usitatas, à vero, præprimis *hydropico-ascitico* œdemate bene distinguendus, neque, nisi admodum incommodè tractetur, verum *hydropis* periculum aut succellum, bene vero *retroessione* aut *repulsione* sui, præsentiora, atque graviora ipsius vitæ, pericula minitans atque machinans. Quibus circumstantiis adhuc addi potest, è dictis, quod *podagricus* talis tumor, antequam plane *continuitatem* format, quando *recurrendo* invadit, per longius tempus dies noctesque persistat; tandem tamen etiam, post aliquot sæpè septimanas, insigniter *remittens*, novis demum *paroxysmis*, aliquando post satis longum interval- lum plurium mensium, demum revertens.

§. VII.

Ut vero jam aliquanto pressius tractationem hujus rei persequamur, ante omnia attentiori considerationi aut recordationi commendandum venit, quod utique *podagra*, ut omnes affectus *rheumatico arthritici*, longè familiaris & velut magis ordinariè obtingat subjectis, textura corporis *laxiore* atque *spongiosiore* conspicuis; qualia vulgata inde ab antiquitate appellatione, temperamenti *sanguinei* & *phlegmatici*, aut ex utrisque *mixti*, notantur. Quantò magis autem ita dicta *Sanguinea* constitutio in iisdem elucet, tantò magis etiam *sensui* exquisitius molestis pathematibus afficiantur. Sicut ex adverso, qui à *fervidius* sanguinea constitutione magis ad *phlegmaticam* dictam, serociorem, tendunt, etiam *podagrico-artthriticos*, imo ipsos *rheumaticos* affectus & effectus, *stupidiores* solum experiantur: ita ut sæpe de nulla alia re disertius conquerantur, quam

quam de *immobilitate* & *insensibilitate* partis; aut ad summum implicito illo, molestiæ magis quam doloris eximii, sensu, quem vulgus nostrum exprimit: Es seye ihnen das Glied eingeschlaffen, oder, es seye ihnen der Fuß boll, quod circumscribunt, als wann sie auf harten Belß treten.

§. VIII.

Horum priores, absunt communiter longius à nostræ commemorationis tumoribus: Et quidem *duplici* conditione. Primò enim aliqui talium, imprimis à *sanguinea* ad *cholericam* texturam declinantes, adeo potius *contrarium* experiuntur, ut sub doloribus suis, imprimis autem sensim senescentibus s. mitescantibus, verius *extenuationem* aliquam partis affectæ animadvertant; eousque, ut aliquando ad *coxendicem* usque assurgens hæc, quod omnino est, *strictura* harum partium, plus minus sensibilibiter *spastica*, (uti totus dolor *podagricus*, principaliter, *spasticis* *vellicationibus* innititur) de *aridura* partis solliciti evadant; Dum hæc ipsa *strictoria* *extenuatio* sæpe satis diu incumbit, priusquam sensim in ordinem redeat. Ad quam rem etiam facit, vigilantius, in proprio suo corpore, facta observatio *Sydenhamii*, quod per initia insultuum *podagricorum*, *venæ* per longitudinem cruris, atque pedem, magis *inflari* sentiantur, nempe certè *spasticis* musculorum, sub quibus passim repunt, pressioibus.

§. IX.

Secundo vero, *spongiosioribus*, sed *fervidiis* Sanguineis, eveniunt quidem etiam aliquando *inflationes* tales aliquæ, seu intumescentiæ; sed iterum *duplici* differentia. Dum aliquibus quidem non, nisi *particulariter* solum, circa *genua* aut *malleolos*, aut *pollicem* pedis, aut confinia ejus, umb den Ballen, eveniunt; Et iterum, aliis, per *initia* insultus, aliis propius ad *declinationem* doloris. Quibus vero etiam talibus latius se diffundit hujusmodi tumor, illis non tam *œdematosus*, *molliculus*, *impressionem* *digitorum*

admittens, *pallidus*, obtingit; sed *durus*, *rubicundus*, tactui quoque *calidior*, quam in partibus sanis reliquis deprehendatur.

§. X.

Quemadmodum autem reliquæ etiam, *Rheumatismum*, atque *arthritis* & *podagra*, circumstantiæ, circumspectæ considerationi satis persuadere possunt, quod in his affectibus *appulsus* copiosior sanguinis, sive uti vulgus loquitur, *Decubitus* humorum (unde quoque *Rheumatis* nomen) ad partes ita affectas eveniat; ita, ubi sincerior *sanguis* abundans, in culpâ hâc est, conspirante partium porosarum spongiositate, contingunt stagnationes tales evidentiùs *sanguineæ*.

§. XI.

Ubi verò *serosior* est M. S. næ crasis à *stagnatione* tali altius penetrans diffusio, *seroso-aquosa* substantiæ, format stagnationem talem *seroso-halituosam*, in partibus magis exsanguibus usque, nempe ipsâ *cutē*: (affectis tamen pariter etiam subjacentibus musculosis) unde tumor talis *œdematosus* originem suam capeffit.

§. XII.

Servat autem propemodum uterque hic tumor, nempe tam *durus* ille, *rubicundus*, quam hic *œdematosus*, communem illum morem, ut uterque, imprimis quantò importuniores sese gerunt, tantò certius ita in *consuetudinem* abeant, ut etiam soluto præsentē *paroxysmo*, tamen illic *rubore* & *duritie*, cum *furfuraceis*, imò *squamosis*, arefcentibus, cuticulæ secessionibus pruriginosis, sensim *perennent*; Et *posterior*, cum stabili *œdemate*. Nempe per adfuescentem, valdè dilatatis poris, (& in priore casu, ipsis minimis cutaneis vasculis,) primò dilatationem, & sensim, in dilatatis meatibus, stabiliiores humorum (utut progressum servantium) receptûs.

§. XIII.

§. XIII.

Ultimo verò loco meritò ipsi etiam adhuc historiæ horum tumorum addenda venit, suprà quoque jam allegata, circumstantia illa, quod admodum promptè ab exterioribus partibus *repellantur*; & quantò importunius hoc fit & præcipitantiùs, in *interioribus*, restagnationes, non solùm graviter *oppletivas*, sed planè etiam *inflammatorias*, parturiant; Et probabilissimè quidem omnium circà ipsum *hepar*. Quæ res, uti non rarò etiam sine *externis* restrictionibus materialibus, solùm per *animi pathemata*, aut alias *tacitas* occasiones provocatur, ita, non raris exemplis, adeò malè cedit patientibus, ut illos non solùm in periculum, sed sæpeæumero etiam ultimum vitæ damnum, conjiciat.

§. XIV.

Cui ipsi rei, ut jam alibi conveniente loco monitum est, imprimis inniti videtur observatio illa, ipsi plebi (uti propemodum solet in animadversione simplicis experientiae minùs inepta esse) familiaris, quod homines, qui adhuc *juniore*s, & ut illa circumscribit, infrà *quadragesimum* annum, podagrâ corripì incipiunt, (imprimis ferociore) non pertingant ad senium. Cum ex adverso, qui jam *seniores* hac affici incipiunt, satis sæpè ad longam senectutem pertingant. Qua de re, suo tempore, etiam publicæ novellæ, incertum verè nec ne, aliquid narraverunt, quod *Monarchæ* cuidam, cum *primos* manifestiores *podagræ* insultus, jam quinquagenario major, experiretur, Medici solenniter gratulati sint, tanquam de certiore indicio aut præfagio, prolongandæ diutius vitæ ejus.

§. XV.

Cujus eventus, (quandoquidem omnino experientiae suffragio nequaquam destituitur,) nulla certior, aut sanè probabilior, occurrit ratio, nisi quod *juniore* adhuc ætate, non solùm ad *animi*, sed omninò etiam ad *corporis*

(vitalium) motuum exagitationes longè propensior sit indoles humana; inquietior, impatientior, audacior, inconstantior; quàm *senilis*. Unde facilius illi turbulentiores ejusmodi *jactationes* atque *fluctuationes* obtingunt, ut minus pertinaciter, in una ignobiliore parte, factas eò congestiones sanguinis detineant, & ab illis sensim solùm atque languidè iterum remittant; sed potius audacius, ad *repressionem* talium ad interiora provolent; ubi festinatis talibus coacervationibus, infarctus, restagnationes, stases, inflammationes obtingunt.

§. XVI.

Meretur autem utique huic historiæ, ultimo loco illud annecti, quod tumores tales *œdematodes*, etiam aliquando accidere soleant viris *podagram* nondum manifestius sentientibus interim *motibus hæmorrhoidalibus*, plus minus sensibiliter affectis; Quæ res inter alios, illum etiam usum habet, ut indè *συζογία* illa *hæmorrhoidalium congestionum* cum *podagricis* lucem adipiscatur, ut de eâ re jam multoties actum est à D. D. Præsidente.

§. XVII.

Ex hac autem, verâ constitutione talium, tumorum, uti verior *Diagnosis* eorundem, sine ullâ difficultate hauriri potest; ita facit huc imprimis circumstantia illa, quod *tumores* tales multoties *alterutrum* solùm pedem, ad minimum per *initia*, aut unum *præ altero* gravius occupent; Cui tantò magis suffragatur altera, dùm hujusmodi tumores longe certius manifestiore aliquo *sensu* molesto stipan-
tur, quàm *simplices* œdematosi. Id quod imprimis usum habet, in *fæminino* sexu; cui licet *podagra* communissimæ crassioris sensationis, adeoque etiam acceptionis & judicationis minus familiaris esse sentiatur quàm viris; sed ferè *rheumaticis* pathematibus annumeretur; Tamen hic etiam conveniens discretio observanda venit, talium *tumorum*, à verius & simplicius *œdematosis*.

§. XVIII.

Diagnosi justæ, subjungitur *Prognosis*. Ubi videlicet illud certum est, quod cum *œdemata* pedum simpliciora, nisi quidem etiam ab *externis* causis, ab refrigeratione, imprimis humida, aut *contusionibus* gravioribus, *fracturis* &c. ortum habeant, certissimè *viscerum abdominis* malam constitutionem pro fundamento agnoscant: adeoque longè altius reconditum, pertinacius atque gravius, periculum portendant; Hi tumores, de quibus nobis sermo est, utpote certius ab *exteriore* causâ, nempe *stagnatione* humorum ad has partes restricta, tantisper sine nobiliorum labe, prognati, minus propinqui periculi foveant. Quæ consideratio, si nullum alium haberet usum, hunc certò habet minime contemnendum, quod in genere non æque *festinatam* curationem, & *pertinacem* hujus intentionis prosecutionem, efflagitet; adeoque nullam *necessitatem* inferat, irrequietis, & profectò sæpè inconditis, imò adversis veræ suæ indoli, tentaminibus artificiosis, incumbendi atque insistendi. Quandoquidem his, (si modò sine præjudicio & præoccupatione irritarum speculationum, ipsa veritas experientiæ rectè & sincerè expendatur,) nihil familiarius impetratur, nisi ut patientes è malo in deterius prolabantur, & tandem paradoxon illud, prudentiori considerationi equidem certum reddatur, ut patientes tales revera demùm in *viscerum* etiam obstipationes conjiciantur, & verus *hydrops* illis denique concilietur, aut certè acceleretur. Et inde minus circumspectæ & fundatæ speculationi, loco cauti intellectus, demùm iterum novus error ita objiciatur, aut certè antiquus obfirmetur, quasi *œdemata* talia, cum tandem verioris *hydropis* signa suffragentur, jam ab ipsis sui *initiiis*, verè *hydropica* fuerint. Quam considerationem, non sine prægnantibus causis, Practicis (qui nempe soli de his rebus exactis dispiciendi occasione potiuntur,) iterum iterumque commendamus.

§. XIX.

Ut enim propius jam, *prognosticâ* consideratione, ad *comparationem* ejus cum *Therapiâ* progressum faciamus, benè utique considerandum venit, quomodo è plerorumque practicorum Autorum peritorum observatione, remedia, quæ alias ad *hydropis* curam destinari consueverunt, *podagrîco arthriticis* affectibus adeò non quadrent, ut illis potius manifestius incommoda, seu disertè rem eloquendo, alia minus, alia magis, *noxia*, sentiantur.

§. XX.

Quamvis enim etiam, (si secundùm veram, & non solum à malefido auditû, immaturâ credulitate transumptam, experientiam res æstimetur,) vero *hydropi* & *hydropis œdematibus*, etiam quanta libet ejusmodi tentamina & conamina, Medica, parum solatii afferant; quin tandem varie defatigatis ægris, & vario sumtu exhaustis, morbus talis ad sepulchrum comes persistat; Imprimis, ut ordinarium est in subjectis delicatioribus aut corporis diffusiore mole jam ante morbum, aut à morbo, prægravatis, si *motus voluntarii* nullus amplius pateat usus & concursus: aut *ætas*, patientis, aut morbi, eò ipso jam profundius innidulati, vires jam imminuerint; Tamen quicquid etiam *communiter*, quantumcunque adhuc efficax habetur aut observatur ad verè *hydropicam* constitutionem, *podagrîcæ* constitutioni dicto modo minus conducere, plerique propemodùm peritè circumspectiores, uno ore profitentur.

§. XXI.

Ita enim *purgationes*, pro affatim evacuanda copiosiore jam *serositate* restagnante, tum ab antiquioribus commendatæ, tum à *Martino Listero* quasi novâ autoritate munitæ, quam parum convenient *podagrîco arthriticis* affectibus (si nœniam illam, de *hermodactylis*, qui ab ipsis usque *articulis* trahere debeant, ipsa quoque *falsa* hypothesi ibi repositos frigidos lentos humores, seponas) ex eo
fatis

fatis dilucescit quod ferè nemini practicorum probentur, ut proprii etiam corporis sui experientiâ edoctus Sydenham, potius *purgationem* etiam in genere, *podagræ* magis turbandæ quam juvandæ, aptam atque efficacem judicet.

§. XXII.

Secundò, cum *hydropico-œdematosis* spissioribus humorum dyscrasiis, equidem à totâ propemodum schola Medica destinantur *incidentia*, *resolventia* & plus minus *colliquantia* medicamenta; quæ interim à recentiore schola, præsertim è *salium* abstersivorum censu peti solent; Occurrunt profectò passim practici, & inter hos imprimis Empirici circumspectiores (qui nempè à solâ experientia effectum medicamentorum metiuntur) qui *salinorum* talium usu, uti *hydropem* verum, nimis quam parum sublevari, communis observatio confirmat, ita *podagricos* affectus ab iisdem (communiter usitatis, inquam, *salinis*, tam *mediis*, quam aliorum variorum generum) potius *exacerbari* animadvertunt; Quod aliquos talium eâ formulâ exprimere audias: Man treibe es denen Patienten mehr damit in die Glieder. Ut etiam indè solertioribus aliquibus Empiricis consilium natum meminerim, quando *podagricis interna* pathemata, à *podagra* extrinsecus *stupefactâ*, incumbunt, per similia medicamenta eandem iterum extrorsum, in artus consuetos, depellendi atque propulsandi.

§. XXIII.

Tertiò, cum pro *hydropicorum* œdematum cura, passim laudabilia, imò necessaria habeantur *Aperientia*; talia verò à recentiore Medicâ schola non aliunde certiora petenda ducantur, quam è *martialium* præparatorum coetû; Imperitum propemodum planè aut cerè penitus inadvertentem, ut ita loqui liceat, esse oportet, practicorum eventuum, qui nesciat quod *martialia* adhuc magis atque sensibilius, quam *salina*, effectum illum *podagram* in artus *impellendi*, aut in illis *exacerbandi*, exerant: Quamvis
etiam

etiam quotidiana praxis satis docere possit, quam parum conceptæ spei respondentis effectus *martialia*, vero *hydropico* cedemati afferant; ut potius solertiore animadversione admodum communiter satis eluceat, quod hoc ipsum quoque morbi genus, familiarius sensibilibus ab illis *exasperetur*, quam ullâ ratione mitigetur. Nempè longè certius *adstrictoria viarum*, quam ullo modo *attenuatoria humorum*, efficaciam: Unde in hoc ipso casu, oppido quam necessaria esset, theoretica illa discretio, quod uti, sive supposita, sive vera, *obstructio* illa glandularum, sicut communius ab *humorum* infarctu, & horum, ad talem subeundum, spissiore intemperie, deduci debeat; Ita his infarctibus expediendis, non alia remedia propius quadrare atque convenire possint, quam quæ *humores* tales, nequaquam autem *vias* & *solidescences* partes, potentius afficere possint; Cum alias etiam simplici sanæ rationi nihil manifestius esse possit, quam illud, quod qualicumque *viarum* strictura, sine præcedente *materiæ* inhærentis sufficiente attenuatione, adeoque *mobilitate* ad cedendum, nihil certius sequi possit, quam firmiter materiæ ita impactæ *constipatio* adeoque omni respectu infelicior eventus. Quorsum etiam non immeritò referri debet, communis experientiæ observatio illa, quod *acidulæ* hydropicis solennius funestæ sint, quam salutare; unde plebeja illa proverbialis formula enata est: Wenn ein Wassersüchtiger in den Sauerbrunnen reisen wolle, möge er den Sarg in Vorrath mit sich führen.

§. XXIV.

Ubi etiam cum hac de re mentio hæc convenientem locum omninò præbeat, non immeritò laudare posse nobis videmur epistolium illud, quod Polonus quidam nobilis *Arcisseuski*, de successu curationis podagræ suæ, per medicamenta à *Cnæffelio* suppeditata, adamum exaravit. Cum enim ibi præcipuum remedium, ut ipse quidem ominatur,

natur, artificiosum, acidularum imprimis æmulum fuisse memoret, sed aliquantò sensibilibiter acidius quam nativæ esse solent; tamen tota historia nihil amplius docet, nisi quod ab annuo, & quod excurrit, medicamento hujus usu, nihil amplius reportaverit, nisi ita mediocri solatium suæ podagræ, ut paulò minus credulo facilè oriri possit dubium, an illud ipsum pleno jure medicamento ipsi vindicandum venire queat; Certissimè vero dilucescat, quod adeò insigne operæ pretium nequaquam fuerit. Ceterum, nec tota illà historia proprie ad nostræ tractationis affectum respicit, nempè *œdematoden* podagricum tumorem, sed solum de parvâ efficacia *martialium* testimonium perhibet; quorum sinister effectus ad hunc eundem affectum, probabilius per largiorem *aciditatem* mitigatus fuisse videtur. Quæ ipsa etiam, qualemunque usum reliquæ podagræ *mitigativum*, magis præstare potuit, *mediatâ* illâ vulgò dicta *refrigeratione*, seu *contemperatione turgidioris sanguinis*, (quò nomine *nitrum* aliis omnibus palmam hic etiam præripit) quam ulla alia magis specifica operandi ratione.

§. XXV.

Inferere quoque licebit disparitatem remedii ad *hydropica* œdemata & *podagram* contrariæ efficacix. Dum ad *hydropem* nemo propemodum probat, nedum laudat *V. S. nes*; Quæ tamen, imprimis *præservativo* usu, ad *podagram* reliquam (licet non æque ad hanc *œdematoden*) prudente administratione, longè certius utiles, quam ullo modo suspectæ, sunt.

§. XXVI.

Quamvis autem remedia, & *positiva* regimina, *Diaphoretica*, ad curam *hydropicorum œdematum*, non æque ita absolutè commendentur; Tamen, cum aliquibus placeant, notandum etiam de illis hic venit, quod eadem, repeto, *directo* usu atque scopo, ipsi quoque *podagræ* sine peculiari circumspectione & subordinatione, minus quadrent:

adeoque etiam h. l. disparitas talis observanda atque notanda veniat.

§. XXVII.

Quemadmodum autem nemo fortè circumspectior in *hydropicis* œdematibus, *opiatorum* usum probaverit; cum *hydrops* jam ad *agrypnias*, communissimè *orthopnoicas* devolutus, cerè *narcoticas* sopitiones impatientissimè ferat: tamen in tantâ, hodie etiam, circâ hanc rem tum confusione, tum audaciâ, breviter notare licuerit, quod hæc eadem *opiata*, etiam *podagricis* plus minus *dolorificis* œdematibus, nihilo magis conducant; sed potius *stuporem*, ante omnia verò *pertinaciam* mali hujus, augeant, & illud imposterum etiam melioris efficacix remediis immorigerum atque inobediens reddant.

§. XXVIII.

Sicut autem justæ, (atque verè solidæ experientix atque rationi superstructæ,) *cautelæ* practicæ, omnibus, necessitatum artis, & calamitatum à confusionibus nimium quam familiaribus modernis, satis peritis, non parvi pretii, dignitatis, atque usus, habebuntur; ita cum tamen etiam sub his angustiis solliciti practici, imprimis juniores, passim, non solum ad *privativum*, sed quam maximè ad *positivum*, consilium, respectare soleant, atque adeo, sive probata, sive planè intermissa, meliore *theoria* & hinc per propriam pensitationem formandis debitis *indicationibus*, magis anhelent simplices *præscriptiones* & *therapias*: seu *methodi* & *materiæ medicæ*, cui plus, quam quotidianâ experientiâ spem destituentibus aliis protritit, fidere atque insistere sit integrum; Non deerimus propterea etiam huic officio, quin, quæ rationi atque experientix magis respondere cognovimus, suppeditemus.

§. XXIX.

Primo itaque omnium loco meritò collocamus, respectum, in hoc etiam symptomate podagrico, decenter habendum.

bendum, ad affectum *primarium*; nempe *podagram* ipsam, atque veram ejus indolem, in ordine ad tractationem Medicam. Quæ, cum apud omnes peritiores, & ad minimum ipso usu cautiores redditos, tantò magis autem justis quoque theoreticis, rationibus potitos, agnoscat impri-
mis *chronica*, *pertinax* atque *contumax*; & sub hâc ipsâ ta-
men *obstinatione*, manifestò minoris *periculi*, quam auda-
ciores turbationes, per fortiores medicationes ipsi inductæ:
venit proindè certè etiam hæc conditio, meritò in conside-
rationem justissimam, ut ad animum revocetur, quemad-
modum affectus ipse totus, valdè *chronicæ* sit indolis; ita
etiam *symptoma* hoc ejus, similiter *chronicam* magis, quam
acutam aut *præcipitem* indolem referens, pari existimatio-
ne dignum esse; neque mereri, nedùm *efflagitare*, uti ipsi
præsentiore, seu potius *importuniore* aliqua, tractatione,
obviam eatur.

§. XXX.

Sicut enim antiquiores (quibus etiam ferè ubilibet manifesta prærogativa, tm in genere, *philosophicæ*, nem-
pè distinctioris atque benè discretivæ, eruditionis, & per-
itæ *præcticæ* atque *pragmaticæ* circumspeditionis, præ va-
riis in hodierna scribendi pronititudine, multa immatura
promentibus, non potest denegari) dexterrimè com-
mendant, discretionem *symptomatis* qualiscunque se-
gnioris; & contrà, *urgentis*: ita certè in præsentè quo-
que nostræ tractationis subjecto vindicat sibi discretio hæc
eximium planè locum. Dum videlicet, quia utique *æde-
mata* pedum *hydropicæ* indolis, justius suspecta non ægris
solùm, sed passim etiam Medicis, magnam formidinem
atque sollicitudinem injiciunt: adeoque facilè hinc, & fe-
rè familiariter, *urgentium* symptomatum censui adscribun-
tur; Eoque nomine, trepidiores imprimis, ad festinan-
dum, nisi quidem præcipitandum, quodcunque auxilium
inducunt; (Quod tamen ipsum etiam, quo jure vel inju-

ria, & consequenter bono aut minus, usu & eventu, fiat, non est præsentis loci enucleare) Certè illud, de quo nobis hic est sermo, *œdema*, ipsum quoque *propriâ suâ indole*, non esse adeo *præcipitis* mali effectus, adeoque tam *urgens* indicationis, prudenter omninò eliciendum venit è descriptione ejus historiâ. Dum videlicet non solùm passim, finitis *paroxysmis*, ipsum quoque iterum subsidet; verùm ubi etiam pertinacius durat, satis sæpè tamen per *annos* adhuc benè multos, extrâ *vitæ* damnum, aut tam *propinquum* periculum, vertantur ægri; Dummodo non per minus convenientem tractationem, vel in verum *hydropem* degeneret, vel *retropulsionibus*, præsentius periculum acutioris typi, ægris faceffat.

§. XXXI.

E quâ consideratione, Medico rerum suarum satagenti, ante omnia illud bonum *consilium* nasci potest, ut maturâ deliberatione expendere valeat, quid tandem salutaris opis *invenire*, atque executionem ejus *decernere*, liceat. Sicut enim justissima, imò passim necessariâ contemplatione atque æstimatione, partim *Energie* aut *Synergie*, partim *tolerantie* aut *sensibilitatis*, Naturæ ægrorum, partim *indolis* & *progressus* ipsorum morborum, non modo *ordine* primum, sed sæpè etiam *dignitate* non posterius, est *theoremata Therapeutica*, quando Medicus ad patientem vocatur, AN utique statim agendum aliquid sit, pharmacîa seu *artificialibus* remediis; & non potius observanda veniat, Naturæ ipsius salutaris operatio, aut ad minimum talis *tolerantia*, cui *placidè*, *tranquillè*, *moderatè* subveniendo, melius consuli possit, quam turbulentiore *exagitatione*, per remedia imprimis *activiora*, præproperè ingesta; ita facilè certè est intelligere, quod etiam præsentis nostræ tractationis affectus, huic contemplationi omninò locum præbeat, & *festinatis* remediis, dùm iis non ita promiscuè auscultat, potius *irritari* aut *turbari* possit: Tantò magis
autem

autem affectus ipse *fundamentalis*, cuius hic *symptoma* tantum est, nempe ipsa *Podagra*.

§. XXXII.

Secundò, venit etiam expendendum, utrum commodius, aut certè non contemnenda efficacia, affectui huic etiam aliquid levaminis conciliari possit, *præservativa* seu *præoccupatoriâ* methodo sive magis *directè* ad ipsum spectante; nempe *serosæ* colluviei imminutione, *extrâ paroxysmum* ipsum universum, ferè semper tolerabiliore, quam in ipso paroxysmo: sive ad totum *paroxysmum podagricum*, quâ talem, respiciente, per ventilationes *sanguinis*; sive V.S. nibus, sive scarificationibus: sive hirudinibus, & aliis, quantum ejus fieri potest, *hæmorrhoidalibus* promotionibus.

§. XXXIII.

Quod autem *Curationem in paroxysmo* ipso, & circa eundem, concernit, suppeditat hoc tam ipsa experientia, quam illustrat propemodùm sana ratio, quod, sicut magis ordinariè, tumor talis, *latius* præsertim se diffundens, magis demum *succedat* paroxysmo podagrigo, aut certè *declinationi* ejus *accedat*. Quicquid autem tandem aliquantò magis *directè* ad hunc *tumorem* efficax invenitur, podagrigo *paroxysmo* reliquo, minus tolerabile sit (quæ est hujus, admodùm familiariter, impatiens sensibilitas) etiam opportunitas huic propriè tumori succurrendi, major certè est *declinante* jam mitescente qualicunque illâ sensibilitate *podagricâ*, quam *incipiente* demum, aut quam maxime *vigente*.

§. XXXIV

Subest tamen utique hic *duplex* difficultas; una *essentialis*, sed aliquantò facilius expedienda; Altera *accidentalis*, sed oppidò magis prægravans, tam bonam spem, quam salutarem opem. Prior illa, versatur in *podagræ* talis, aliquando ita *stúpida* gravitate solùm atque *torpore* pe-

dis, ut exquisitior aliquis sensus, nedum *dolor* minus distinctè percipiatur. Expedit interim rem, nempe *paroxysmi* præsentiam, reliquod *symptomatum* tunc temporis sensibilior *syndrome*; *languoris* universalioris, sed tamen admodum *inquieti*, *appetitus prostrationis*, *somni pauci & parvi*, sub quantacunque etiam *somnolentiâ levior* sed plus minus *assidua febricula*, *turbatio capitis*, major quam ordinariè *morositas & impatientia ægri*, & *urinæ* temporariæ alterationes, cum *alvi* etiam inconstantia &c. quorum omnium præsentia, non solum tantò probabiliorem, sed prorsus evidentioorem reddit, *paroxysmi* talis præsentiam.

§. XXXV.

Altera vero, *deterior*, circumstantia, consistit in hujusmodi affectus *podagrici*, turbatione & incondito more, per tractationes podagricis affectibus minùs convenientes, introducto; ubi tum alia artificia, sine certâ ratione, aut verâ efficaciam ad talem effectum, tentata, tum eminenter inconditus usus *Opii*, argui merentur. Utpote qualibus, imprimis autem *Opio*, affectus tales, non solum in *confusionem*, sed & in summam *pertinaciam*, familiarissimè conjiciuntur. Cujus certè rei exempla, hinc, indè observandi uberes hodierno die se offerunt occasiones; Nempe *podagricorum* affectuum, ex usitatis alioquin *alternationibus*, & sæpè satis longis *intervallis* in *continuitatem* quandam, & insolitorum etiam symptomatum eventus prolabentium; Quæ perversio posthac etiam bonis methodis atque medicamentis, ad irritum redigendis sufficit.

§. XXXVI.

Invento autem opportuniore tempore, huic incommodo, nempe *tumori* tali, veluti *seorsim*, occurrendi: nempe *extrà* podagricum paroxysmum, aut certè *mitescente* jam præcipuo ejus impetu; nempe si tumor talis diu etiam post podagricum *paroxysmum* continuare sentitur; Habent præcipuum usum *pillulæ D.D. Præsidis balsalsamicæ*;

tan-

tantò magis autem, *specialiùs* ad *tumores* instructæ. Interim potest hic etiam aliquid *squilla*, & ex illa præparata: tam *syrupus* de *squillâ*, quam *Oxymel squilliticum*; in quò, si *acetositas* fortè metuatur, potest illa facilè subigi admixtione *absorbentis* alicujus ante exhibitionem. Et sicut alia quoque *mitiora cathartica*, utilitate sua hic non carent, ita abstinendum tamen venit ab *importunioribus* purgantibus, præsertim sub quantumcunque *sensibiliore* patientium constitutione.

§ XXXVII.

Sicut autem usitatissima, imprimis tamen propiorum temporum, praxis, familiarissimè alienis à rei veritate opinionibus, tam de causis morborum quam efficaciam medicamentorum, turbida, in dando consilio medico pasim ingentem necessitatem parit, *privativam* methodum veluti præmittendi: nempe à quibus *methodis* & *remediis* *abstinendum* sit, monendi; id quod proinde mihi Præsidi usitatum est, priusquam ad *positivum* suum remedium accedam; Ita necessarium omninò videtur, in præsentis etiam tractationis subjecto, *cautelâs* jam suprà allegatas iterum iterumque commendare. Nempe partim veram discretionem *podagrici tumoris*, à quocunque alio *œdematoso*, concernentes; partim medicamentorum vulgò dictorum *Aperientium*, & inter hæc temerè caput extollentium *Martialium*, eminentissimè autem *opiatorum*, abusum, & infeliciores effectus, notantes.

§. XXXVIII.

Ad *positivam* autem methodum atque medicationem, nostra theoria atque praxi, ratione, inquam, & experientia, meritò referimus, peritè prudentem usum *præservatorium* & *præoccupatorium*, *ventilationis sanguinis*. Quamvis enim hic plus utilitatis habeat, ad ipsam *podagram*, quam ad hoc ejus *symptoma*; tamen, cum *symptoma* hoc à *primario* affectu dependeat, ut ad minimum illius *exacerbatio*-

bationes, etiam hoc *symptoma* non solum *foveant*, sed etiam *exasperant*; certè quicquid illi usum aliquem præstare potest, huic etiam subserviturum esse, nemo facile in dubium vocaverit.

§. XXXIX.

Quemadmodum autem nequaquam temerè usi sumus locutione illa, quod V. S. nis seu *sanguinis ventilationis*, peritè prudens usus unicè, hic locum inveniat; ita certè hujus veras rationes atque conditiones exprimere, non fert præsentis loci angustia, sed veniunt illæ potius aliundè petendæ atque comprehendendæ. Sicut etiam illius circumstantiæ atque conditionis vera indoles, quomodo *ventilationes* tales, *præservativè* potius, quam *curativè* administrari debeant atque exerceri. Ubi imprimis repetenda venit excusatio illa, in considerantis certè, uti imperitiæ *contradictionis* nervum infringens, quod *sanguinis ventilatione podagra non possit curari*, adeoque hæc non sint remedium, ad hoc genus pathematis *sufficiens*.

§. XL.

Sicut enim *crudæ* hujusmodi objectioni, etiam regeri possit *experientia* contraria, nempè *podagræ*, per maximè convenientes, ab ipsa *Natura* susceptas, quin *arte* etiam imitando suppletas, *ventilationes sanguinis*, omninò sublata. Ita cum tamen etiam talis experientia, reverà *conditionibus* suis circumscripta sit; ne eadem *confusa* argumentandi ratione, obviam procedamus talibus dubitatoribus, sufficere poterit, primo loco, omnibus practicis notam distinctionem, ipsa nostra sententiâ jam expressam, commendare, inter efficaciam *qualiscunque*, si vel maximè, non *pleni & absoluti* usus, *præservatoriam*; & plenam *curatoriam*. Cum enim vel tyronibus decenter institutis, notum esse debeat, quod *præservatio*, respiciat causas *antecedentes*; quarum subtractione, (cum tam facilè, nedùm semper *plenariæ* hæc impetrari non possit,) si non *totus*
even-

eventus intercipi valeat, tamen *vires* & *ferocia* ejus, *accidere* & infringere liceat; ita facilè erit applicationem ad nervum hujus disceptationis facere, & antiquum illud assequi, quod in necessitatibus, præstet utique *aliquid*, quam planè *nihil* impetravisse.

§. XLI.

Ceterùm, brevissimis comprehendere utique licet, conditiones, quæ hujus etiam remedii usum *opportunum*, magis aut minus ratum efficere possint; nempè vel *recentior* adhuc podagræ, & hujus etiam *symptomatis* ejus, ætas: vel jam *inveteratus* habitus & *adsuesacta* jam major insolentia, atque pertinacia. *Moderatior*, etiam atque *ordinatior*, insultus; aut contra: sibi magis relictus atque *constans mos*, aut malo patientis regimine, aut inconditis artificiis, *turbatus*, aut, quæ *opiatorum* est infamia, in *pertinacem contumaciam* deductus. E quibus posteriora, ut omnia bona consilia, ita etiam hujus *præservativi* subsidii, usum, minuunt, aut frustrantur.

§. XLII.

Quemadmodùm autem pressius *ordinem*, aut planè *doses*, nedùm *formulas*, remediorum, atque usus eorundem præscribere, propterea semper otiosum ducimus, quia, cum hæres *proprie* ipsam practicam administrationem respiciant, in practico verò, talia in se recepturo, meritò præsupponatur talium rerum perita prudentia, *Empiricis* autem nudis, neque deceat, nec etiam liceat aut possibile sit, secundùm circumstantiarum variarum, earumque *opportunitatis* aut *necessitatis*, diversitatem, omnia stricte determinata dare atque definire. Propterea, inquam, hujusmodi præscriptionibus immorari, consultum non ducimus; ita commendata solùm omni debita peritè prudente circumspectione & administratione, potius unum & alterum exemplum hujus nostri negotii, memorare utilius ducimus.

§. XLIII.

Vir generosus, in rebus satis lautis constitutus, vini æque, atque reliquæ diætæ abusibus indulgens, *podagricos* insultus experiri incipit, circà quadragesimum, aut circiter, ætatis annum, usitatis autem passim artificiis illis intactâ *causa*, *effectum* solum respicientibus, *palliatis*, *stupescientibus obtundentibus*, atque *demulcentibus*, mox reportavit, *stabile ædema* pedum, quod antea in *phlegmatico sanguineo* corporis habitu, *paroxysmis* solum concursans senserat. Quid tandem prævalescenti *tumori*, remedium sit adhibitum, cum nobis non liqueat, suffecerit historiam ipsam prosequi, quæ paucissimis illis comprehenditur, quod *ædema* hoc, non solum *coxas* & *lumbos* sensim superaverit, sed etiam *abdomen* totum, formali *hydropica*, *ascitica* inflatione, immodicè distentum, cum *febre lentâ*, *appetitus lapsu* in dies augescente, & reliquis usitatis ingravescentis *hydropis* pathematibus, ad *orthopneam* processerit; Consultus medicus, pilulas commendavit atque suppeditavit, quibus semel debellatum esse *hydropem*, compertum habere asseveravit. Cum autem massa solum transmissâ, & imperatâ inde efformatione pillularum, ad mediocris pisi magnitudinem, ingens *super-catharsis* secuta esset, adscriptus est hic eventus imprudentiori mensuræ pillularum observationi. Cum autem statim, ab hoc eventu, cum totali appetitus dejectione, omnia reliqua symptomata, *febris*, *agrypnia*, *orthopnea*, immodicè insolecerent, & *scroti* atque *præputii* inflatio, præcipiti impetu, majori etiam abdominis expansioni accederent, frustra adhibitis aliis remediis, obiit.

§. XLIV.

Alius patiens, omnia reliqua similia expertus, excepto eo, quod pilulæ eadem jam formatæ transmissæ, in ægro tamen ad purgationes admodum sensili, adhuc majorem

rem

rem hypercatharsin promovissent; patiens etiam ad thermas, cum magnâ fiduciâ transmissus, sed nimio debilior indè revectus, in solâ morte remedium invenit. Ætate tamen jam provectior priore, nempe aliquot suprâ quinquaginta annos affecutus.

§. XLV.

Alius patiens similiter manifestè *podagricus*, imò *arthritis-podagricus*, nec ipse circa diætam usquam scrupulosior, cum similem tumorem à plusculo jam tempore incurrisset, interim tamen etiam valdè, sensibiles *dolores*, & imprimis *unius* pedis exquisitiores *præ altero* tolerans, tum medico, tum proprio iudicio & consilio, (rei *pharmaceuticæ* addictus) pro *hydropico* declaratus atque tractatus fortè quidem adhuc vivit, sed in ancipiti spe, ut nobis memoratæ sunt circumstantiæ, tolerabilioris eventus: nisi quo practici concurrentis ope uti memoretur, cujus nota nobis peritia atque prudentia, spem meliorem nobis adhuc quoque facit.

§. XLVI.

Vir, meritâ nominis celebritate, atque dignitatum gradu, illustris, duos aut tres ultra sexagesimum annos affecutus & paulò juniore adhuc ætate, inter reliquam satis firmam valetudinem, diætæ etiam nequaquam strictâ, sine incommodis usus; imprimis (quod propemodùm sanitatis ejus constantioris fundamentum haberi merebatur,) inde à triginta retrò annis, *hæmorrhoidum* fluxu periodico, satis ordinato atque moderato, affectus, senserat jam à decem aut amplius, annis, in *alterutro* pede, *obtusiores* tales motus *spasticos podagricos*, quos pro talibus, oblatis occasionibus, ego Præses declaraveram. Mutata sensim diætâ, & sedentariâ magis vitæ ratione, cum tacitis curis & iracundiis, (licet prudenter repressis ac diffi-

mulatis,) indulgens etiam, aliunde, & passim, pro more commendatis remediis, *volatilibus urinos* magis magisque *cachecticum* incurrit habitum, imprimis diffuso atque pingui alioquin corpore oneratus. Profectus, jam suprà notatâ ætate, ad *acidulas*, & his, cum sensibili incommodo, per 14. dies usus, rediit jam omnibus visibilibus circumstantiis deterioribus affectus. Toleravit ab eò tempore, ultrà tres menses, *continuum* evacuationem hæmorrhoidalem; à qua; inter reliqua ad deteriorem potius, quam meliorem statum conspirantia magis magisque delassatus, tandem, nescio, quâ de causa aut culpâ, *repente* deficiente hoc fluxu, sed manente, imò vero ingravescente in horas, gravissimo *tenesmode* conatu, ad *ani procidentiam* trium circiter pollicum, & *tumorem* durum, duorum pollicum vel amplius, per totam circumferentiam, intestini recti, deducente, qui etiam *sphincterem vesicæ* ita comprimebat, ut Urinæ exitum interciperet: variorum usitatorum symptomatum, talibus pathematibus familiarium exacerbatione, *febricula, siccitate oris & siti, appetitus, summa prostratione, agrypnia, tussi sicca, lassitudine summa*, eò deductus est, ut etiam prælagio jam passim divulgato mortis candidatus declararetur. Cum ex humanitatis potius, quam artis officio (*nec enim, quod scitè eloquitur Seneca, me delectat, alienum mortuum tollere*) ægrum, quem illis horis demùm decumbere compereram, visitare, juxta memoratas jam circumstantias abdomen in magnam molem inflatum atque tensum, & ægrum molestissimè respirantem conspiciens, simul audio; *dextrum* etiam *pedem* insigni *tumore* affectum. Quem cum statim etiam conspiciendum dare properaret, assistens lecto Chirurgus, detracto tibiali pelliceo, monstrat fascia lata, inde ab ipsis pedis digitis, supra genu usque deligatum, quâ exsolutâ, ut omnia linei texti filamenta, cuti impressa comparebant, ita ubi laxior fuerat strictura exscendens tumor conspici-

batur.

batur. Quamvis animo proposuissem nihil 'curæ' medicæ interloqui, tamen conscientia stimulante, continere me non poteram, quin chirurgum interrogarem, quo fine pes ita deligatus fervaretur? qui facile rationem reddidit, quod hoc factum sit ad compescendum *incrementum tumoris*. Ubi nescio an planè immatura admonitione (certè affectu erga Virum pro meritis suis mihi æstimatissimum) id unum dixi: Bindet ihr ihme nur die Geschwulst in Leib hinein, so werdet ihr nicht viel Gutes richten; Quo monito consternati, fasciam deposuerunt. Cum etiam pes, remotâ fasciâ, unguinosum aliquid oleret, & interrogatus Chirurgus memoraret, inungi hucusque solitum esse pedem mixtura spirituosa, cum balsamo peruviano conflata; &, ut solent suspicaces, è vultu meo collegisse putaret, quod unctionem talem non satis probarem, omiſſa etiam impoſterum est. Peculiari casu evenit, ut sequente die patiens sibi atque mihi derelictus, neque vellet, neque bona conscientia posset, à me quoque deferri; Eventus autem, adſtante Divina gratia fuit, ut intra duos dies à lecto, & post octo fortè sequentes à morbi præſentis insultu ita liberatus fuerit, ut munus suum domi, & mox etiam foris obire posset; Vixerit etiam poſteà largiente Deo ad anni ſeptuageſimi primi priores meſes; Affectu hoc, per longiora intervalla repullulante, cautius & conſultius tractato.

§. XLVII.

Ita etiam matrona Illuſtriſſ. triginta quinque annorum, corpore & animo exquisitè ſenſilis, poſt abortum, à gravi casu in lumbos & ingente terrore mediò geſtationis tempore toleratum, cum aliàs rhevmaticis muſſitationibus jam à tribus fortè annis exercita fuiſſet, ſimili tumore, utriusque quidem pedis, ſed tamen uaius præ altero, correpta, benedicente Altiffimo ita ab hoc liberata, eſt, ut

licet ille per tres hucusque annos impertus repullularet, magis magisque verum doloris intimioris sensum una exereret, tamen de tempore in tempus ab hoc etiam rursus libetata, & cætera satis commodè valens, novum puerperium vel experta sit proximis diebus, vel expertura, det DEUS ut feliciter.

Ita quidem suscepto nostro proposito satis perfunctos nos esse sperantes, gratias Divinæ bonitati humillimas persolventes, ut hic etiam noster labor publicis & privatis usibus aliquid emolumenti afferat, humillimâ mente Illam veneramur.

S. D. G.



MADRIGAL.

Weil die Belehrsamkeit
Die Ehre hat zur Tochter
angenommen;

Und der sie allezeit
Zu seiner Braut bekommen /
Der mit der Mutter es gehalten:
So wird sie Dir aniko anvertraut.
Weil nun Dein Fleiß sich hier belohnet
schaut /

So rufet **ANBARR** schon:
Komm / mein Belehrter Sohn!
Komm / denn du sollst bey mir
In größern Stücke leben:
Ich will samt aller Ehre Dir
Noch eine schöne Tochter geben.

Dem Herrn DOCTORANDEN schrieb
dieses mit einem herzlichem Glück-
Wunsch zu Seinem künftigen Ver-
gnügen

Christian Friederich Hunold/
dictus MENANTES.

MADRIGALE.

N El campo di Minerva
Palme raccogli omai, scettri, e corone;
Che giusto guiderdone
Il Ciel sempre riserva
A chi per l'altrui uita
Spende tanti sudor con alma ardita,
Hor se col graue incarco
Di tue fatiche pur giovane ancora
T'apri alla gloria il uarco,
Giust' è s'ogn'un t'onora
Mentre innesti trofei, fregi ed allori
Alla Patria, à Te stesso, ai Genitori.

*Hà dedicato queste umili espressioni del suo
affetto in segno della diuota seruitù
che professa al molto Illustre Signor
Liebezeit*

COSTANZO ANOME

Maestro della Lingua italiana nella Regia
Uniuerità di Hala,
per auer avuto l'onore d'informarlo
nella medema favella,

